

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4765

Auteur(s) : Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

Bénéficiaire(s) : Bernier Coquerel [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1232, décembre

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Adam, abbé de Saint-Ouen de Rouen, vend à Bernier Coquerel et à Gilbert, son frère, une pièce de terre à Rouen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° LXXXVI, p. 85-86.

Texte établi d'après a

Omnibus Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, Adam, Dei gracia, humilis abbas Sancti Audoeni Rothomagensis, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Ad omnium noticiam volumus pervenire nos concessisse et tradidisse Bernero Kokerel et Aelicie, uxori ejus, et Gilleberto, fratri predicti Berneri, quandam terram cum sex pentoriis, sitam in terra nostra que fuit Walteri, sutoris, quam dedit nobis Acenis Numitor, juxta campum vinee nostre, sicut se proportat et mete dividunt, in longitudine et latitudine, a fosseto vinee nostre, usque ad terram Ricardi Loviers : inter terram Gaufridi Richevilein et terram Willelmi Majoris, et terram Radulfi Baisevent et terram Petri Legrant et terram Roberti Haut Tondu: tenendum de nobis et successoribus nostris dictis Bernero et Aelicie, et Gilleberto, et eorum heredibus, libere, quiete et hereditarie ; reddendo inde nobis et successoribus nostris, singulis annis, decem et octo solidos currentis monete in Rothomagum, scilicet quatuor solidos et sex denarios, ad Nativitatem Domini, et totidem ad Pascha, et totidem ad festum Sancti Johannis Baptiste, et totidem ad festum Sancti Michaelis, in septembri. Licet autem dictis Bernero et Aelicie, et Gilleberto, et eorum heredibus, de predicta terra et pentoriis facere omnem voluntatem suam, sicut de suo proprio, salvo tamen censu nostro predicto et jure dominico. Et nos et nostri successores tenemur dictis Bernero, Aelicie, Gilleberto et eorum heredibus dictam terram contra omnes gentes garantizare et de omnibus redditibus adquietare per predictum redditum. Quod ut ratum et stabile permaneat, ego Adam, predictus abbas, presens scriptum sigillo meo confirmavi. Actum fuit hoc anno Domini M° CC° XXX° secundo, et sigillo capituli nostri confirmatum, mense decembris.